Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



haud alios subinde in hoc cœmeterio sepultos legimus. --- Cæterum beatissimorum Martyrum Callisti ac Julii Pontificum, nec non Calepodii Presbyteri corpora, quæ olim hic, ut diximus, condita fuerant, in ejusdem postmodum Callisti titulum ~~tr~~ (idest, in Cœmeterium Callisti) translata honorifice sunt, in Ecclesiam videlicet S. Mariæ trans Tiberim. Nunc advertas rogo, Aringum nonnisi duos legisse Julios in Calepodii Cœmeterio sepultos; etsi non neget, plurimos alios Martyres, de quibus gesta non exstant, ibidem quievisse fuisse depositos. At de Martyribus Senatorii ordinis nihil prorsus ~~fer~~ tabulis ~~fu~~ esse commissum, quis credat? Itaque in dicto coemeterio non plures Julios Senatores ~~exstitisse quam unum~~ exstitere, sed unicus. Atqui hic erat Julius Marcellus, non Proculus; nisi illum trinominem fuisse admittas, ~~quod et mihi non admodum displic~~ dictumque J. Marcellum Proculum. Cognomen Marcelli probo ex lapide sepulcrali marmoreo, quod una cum integro sacro corpore /e cœmeterio ~~Calp~~ Calepodii ~~eleva~~ elevatus, Stamsiumque translatus est sub Innocentio XI. Epitaphium tale est:

/ejusdem S. Julii Marcelli, nec ~~non S. Urbici M. corpore~~

D. M.
IVLIO MARCELLO
FILIO DVLCISSIMO
FECERVNT PARENTES

Hujus/ ~~descriptio~~ recognita est hac ~~subscriptione~~ attestatione: Jo Pirro Salamone Bompane fo fede, come questa descrittione hò cauata dalla propria pietra ch'è stata trouata alla sepoltura doue staua il S. Martire.

/lapidis delineatio

Il medemo Pirro manopropria.

Porro Instrumentum Donationis sacri ~~Corporis~~ hujus, nec non S. Urbici M. corporum, ita sonat:

Fr. Joseph Eusanius Aquilanus ordinis Eremitarum S. Augustini Dei et Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Porphyriensis Sacrarii Apostolici Præfectus, et Pontificii